

Johann Klein von Jacob Sebastian Lauremberg

Disputatio Inauguralis Iuridica De Nundinis Solennioribus Vulgo Von Reichs-Messen

Rostochii: Weplingius, 1696

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746315422>

Druck Freier  Zugang





Q. D. B. V.
DISPUTATIO INAUGURALIS
JURIDICA
DE
NUNDINIS SOLENNIORIBUS

VULGO Von
Reichs = Messen /

DEO PROPITIO
EX DECRETO ET AUCTORITATE
MAGNIFICI ICTORUM ORDINIS
IN CELEBERRIMA AD VARNUM ACADEMIA
SUB PRÆSIDIO

DN. JOHANNIS Klein.

J. U. D. ET PROF. PANDECT. PUBL. NEC NON CONSIST.

MECKL. h. t. DIRECTORIS, HODIEQUE DECANI SPECTABILIS,

DN. PATRONI, PRÆCEPTORIS, AC FAUTORIS

EA, QUÆ PAR EST, OBSERVANTIA COLENDI.

PRO LICENTIA

SUMMOS IN UTROQUE JURE HONORES, AC PRIVILEGIA

CONSEQUENDI

PUBLICÆ DISQUISITIONI SUBMITTIT

JACOB. SEBASTIAN. LAUREM-

BERG, ROSTOCHIENSIS

IN AUDITORIO MAJORI

HORIS ANTE ET POMERIDIANIS

AD DIEM XV. DECEM. 1696.

Rostochii, Typis JOH. WEPPLINGII, Univerf. Typogr.

DISPUTATIO INAUGURALIS
JURIDICA

MUNDINI SOLI IN MORIBUS

UNI. ET SOLI
QUI SUPRA. MORTALES,
NEGOCIA. CURAT.

DR. JOHANNIS

J. U. D. ET PROF. PANDECT. ET. NEC NON CONSIST.
MECKL. R. DIRECTORIS. HODORUM DECANI. SPT. TABULIS.
DR. PATRONI. PR. ACCEPTORUM. AC. AUCTORIS
EA. GUA. PAR. EST. OBSERVANDA. COLENDI.

PRO LICENTIA
SUMMOS IN LITTO. Q. V. I. U. R. HONORES AC PLURIBUS
CONSEQUI

JACOB. SEBASTIAN. LAUREM.
BERG. ROSTOCKENSIS

IN AUDITORIO MAJORI
HABIT. ANTE. ET. POST. M. M.

Rostockii. Typis. JOH. WILHELM. UNIV. M. P. M.



PRÆFAMEN.

Qum post exantlatum Examen abs
 amplissima Facultate Juridica facta
 mihi fuerit Copia eligendi materi-
 em Dissertationi Inaugurali, pla-
 cuit in præsens illa, qua titulum **DE**
NUNDINIS SOLENNIO-
RIBUS præfert; Fuit quidem ea,
 atque tractata copiosius & uberius abs aliis, sed hoc
 me non quivit movere, ut ab incepto desisterem. Et
 ante me fuerunt, & post me erunt, qui calcatam jam vi-
 am ingredientur. Præterea hoc mihi nimia Curioso-
 tas videbatur habere, ut, dum usitata contemnit, ra-
 rior armatur, minorem sæpe numero, quam pro spe-
 gloriam reportet. Quæ præcipua Causa, cur hunc
 meum laborem, quem in colligendo adhibueram, vale-
 re volui, qui, absque illa foret, parum aberat,
 quin omnis cum Ajace Augusti in spongiam incun-
 beret. Hæc tamen cuncta congeffi, quæ poterant
 adferri. Delibasse aliqua contentus, plura posthabui.
 Quæ apud æquos Censores locum invenient, et ju-
 dicis rectiorum probabuntur.

A2

CAPUT

CAPUT. I.
EXHIBENS NUNDINARUM GE-
NERALIA, CUM DEFINITIONE, AC
DIVISIONE.

Introitus.



§. 1.
Vevit in omni materiã pertra-
ctandã prior verborum potior
tamen rerum haberitatio l. 7.
*in fin. De Suppellect. leg. l. 1. De Reb.
cred.* Verba enim rebus, non
res verbis deservire debent.
Gail. 1. Obs. 150. n. 6. Itaque in præ-
senti de NUNDINIS acturus,

priusquam ad ipsius materiã explicationem perveniam,
pauca de significatione ipsius Tituli, & unde Nomen
descendat, juvabit inquirere.

*Nundia unde
dicantur.*

§. 2. NUNDINÆ, quas Varro *Nundinum*, Prudentius
Nundinatum vocat, dictæ sunt quasi *Novendina*, à No-
nis, ut Rustici & pagani in Urbem venirent, res merces
que suas eò inferrent, venderent, coëmerent *necessaria*.
Et ista quidem mutua commercia exercebantur singu-
lo nono die. Plut. in vita *Coriol. Halicarn. l. 7. Cotumell.*
l. 1. de Re Rustica. Polyd. Virg. de rerum Juvent. l. 6. c. 7. Alex.
ab Alex. l. 3. c. XI. Genial. dier. ne sæpius & identidem im-
pediretur Agricultura per crebras ad Urbem migra-
tiones & itinera Rusticorum. Quamquam verò hodiè
res sit immutata, nihilominus tamen remansit Nundi-
narum Nomen Vid. Ex. Sweder. in intr. ad J. P. Part. Spec.
Secl. 1. §. 21. Germanicè dicuntur Nundinæ Messen à

*Messen unde
dicantur.*

mentiendo, vom *Messen/weillu auf die Messenzeit die Was-*
ren gemessen / außgemessen / und verkauffet werden.
Vid.

vid. Ex Schweder. in instr. ad J. P. part. spec. Sect. 1. §. 21. Vl.
 rarius illustratus in Inst. Jur. Publ. L. 2. Tit. 2. §. 38. in
 not. lit. A. ibiq. all. Linn. Item Kirch-Messen/ quia apud *Unde Kirch-*
 Christianos veteres post peracta in templis sacra & *Messen.*
 Papticularum missas habitas cum populus confluxisset
 magna copiâ mercatus publici sublequebantur, hinc fa-
 ctum, ut non minus istæ Nundinæ, quam in iis Missæ,
 quarum istæ appendix quædam erant, Messen oder
 Kirch-Messen dicerentur. *Webner & Besold. in voce*
Messen Conf. Grypbiander. in Tr. de Weichbild. Sax. c. 47.
 n. 26. Jahrmarcht verò appellantur, quia ut plurimum *Unde Jahre-*
 singulis annis semel tum in foro Nundinæ peraguntur *marcht.*
Anton. Glock. de Nundinis ib. 6.

§. 3. Illud non prætereundum, aut vicio ho- *Quot modis*
 monomiæ laborare hoc vocabulum, aut variis signi- *accipiatur*
 ficatibus esse illustre: in l. 69. ff. pro socio Nundinæ pro *vocabulum*
 Epulis, aut juxta Schendendorff. in Not. ad Eck. b. t. pro *Nundina-*
 donis nundinalibus sumuntur. Pro conventu aut *rum.*
 panegyri usurpat Cicero l. 4. Ep. 15. ad Atticum. Pro
 Consulium Ordinatione apud Historiæ Augustæ Scri-
 ptores. *Vopiscus in Tacito.*

§. 4. Synonymum & Nomen Nundinarum *Synonymia*
 vicarium quoque occurrit. Sic & *Mercatus* vocan- *Nundinarum*
 tur Nundinæ, *Faber in voce Mercatus.* Verum enim
 verò si Originem secundum Antiquitatem inspiciamus:
 Nundinæ veterum non solum contrahendi, sed &
 LL. ferendarum ergò celebrabantur, inde dixerim
 hodiè differre tanquam Genus & species. Nam
 omnes Nundinæ sunt Mercatus, sed non omnes Mer- *Quomodo*
 catus sunt Nundinæ. *arg. Rubr. C. de Nundin & Merca-* *differant*
eibus. Alias differentias inter Nundinas & Merca- *Nundinæ &*
 tus videbis apud *Cujac. in Parat. C. d. 3. & Svederum d.* *Mercatus.*
d. Jungae

Describuntur
in genere.
Nundinae.
dividuntur
in solenniores
extraordinarias.

Et in ordina-
rias; seu mi-
nus solennes.

A quibus rur-
sus differunt
Nundinae
vulgares.

Describuntur
Nundinae So-
lenniores.

Exempla Nun-
dinarum So-
lennium.

Describi pos-
sunt in genere Nundinae, quod sint dies statuti in cer-
to loco mercandi causâ concessi.

§. 6. Dividuntur verò in MAJORES, SOLEN-
NIORES, UNIVERSALES, EXTRAORDINARI-
AS, CELEBRIORES per Orbem, ad quas Mercato-
res etiam Exteri ex diffitis locis, statis temporibus, con-
fluunt, durantes per aliquot septimanas, aut dies l. 138.
ff. de V. O. & in ORDINARIAS, MINUS SOLEN-
NES, quas nonnulli propriè *Mercatus* appellandos
putant. Coll. *Argent. 2.* quales apud Nos sunt Nundinae
Pentecostales, vulgò die *Zahmarctte* a quibus iterùm VUL-
GARES NUNDINÆ die *Bochen-Märctte* distinguun-
tur, quales apud Nos Maxime Saturni Jovis & Sabbathi
diebus singulis peraguntur. vid. de his *Illicolymianis Disp. de*
Process. jud. D. 7. n. 35. Sicbard. ad L. unic. C. de Nundina
Ziegler. de jur. Majest. l. 43. Et Struv. S. 7. C. ad l. C. tit. de Nun-
din. et Romanorum antiquis Nundinis per omnia
ferè sunt similes. MAJORES & SOLENNIORES Nun-
dinæ vulgò die *Reichs-Messen*, de quibus hæc potissimùm Dis-
sertatione agere animus est, describuntur, quod sint Mer-
catus publici ac privilegiati, Principis auctoritate, ob
commerciorum utilitatem legitime constituti vel imme-
moriali tempore acquisiti. vid. *Sueder d. l. §. 12. Dn. Frisefeb. in*
Spec. Tr. de Reg. Nundin. jur. c. 4. n. 52. seq. Exc. Lucker. in Analect.
ad Schwederi. Inst. Jur. publ. Part. Spec. c. 17. Sect. 1. §. 18. in
fin. M. vius de Arrest. Cap. 11. n. 14. Sicbard. ad L. Un. 65. de
Nund. n. 1. Marquard. de Jur. Mercat. E. 1. c. 5. n. 37. seq.

§. 7. Inter istas MAJORES emicant, velut inter
ignes luna minores, quæ instituantur bis quotannis in
istò omnium totius Orbis emporiorum compendio,
Francofurto ad Moenum, quam Urbem cunctarum
Mundi

Mundi Nundinarum caput appellat *Lanhus* in *Orat. pro Germania*, in quibus commendandis multi sunt *Mejer*: *Coll. Argent. Diss. ult. Bocerus de Regal. c. 2. Sixtin. eod. tractatu h. l. t. 6. Bernich p. 1. C. 77.* Initia & earum originem refert ad A. C. 137. *Calvisius*, at ultra sexcentos annos eam extendit *Merian* in *Historia*, Anni 1627. Has, uti patet ex recentiori *Historia* *Carolus IV.* sub pretextu commissi *Criminis laesae Majestatis* à *Frankofurten-sibus* *Moguntiam* translatas intercessione postea *Rudolphi Palatini & Marchionis Brandenburgici* illis restituit. *Vid. Peucer. Chron. Car. Lib. 5. Vitriarius in Inst. Jur. Publ. l. 3. T. 2. §. 38. in Not. Schweder. d. l. §. 17.* Nec ignobiles *Lipsienses*, quæ & ipsæ abs *Imperatoribus* sunt privilegiatæ, à *Maximiliano I.* 1497, 1507. & à *Carolo V.* 1521, 1547. qui simul prohibuit ne intra 15. *Milliaria* circa *Lipsiam* *Solemnes Nundinæ* instituerentur. Vid. ipsum *Privilegium Caroli* apud *Joh. Georg. Aurbach.* in *Diss. de Nundinis* c. 4. §. 9. Excipiunt has *Frankofurten-ses* ad *Oderam*, quæ *privilegium* ab *Alberto I.* *Imperatore*, *Argentoratenses*, quæ *privilegium* à *Sigis-mundo Imperatore* Anno. 1414. & 1436. acceperunt confirmatum postea à *Friderico III.* Anno 1452. & *Nanburgenses* *Vid Schweder. & Vitriarius d. l.*

CAPUT II.
EXHIBENS

NUNDINARUM CAUSSAM EFFICIENTEM, FORMALEM, ET MATERIALEM

F Quidem de *Prima Nundinarum Origine* non vehementer solliciti, sumus. Illud tamen indictum non habebit, jam apud *Veteres* varias hæc super re fuisse *Opiniones*. Earum enim instituticnem quidam *Romulo*, quidam *Tullio* adscribunt; Alii exactis demum *Re-gibus*

Merian
Historia
1627

Calvisius
Orat. pro
Germania

Origo Nundinarum

Peucer. Chron.
Car. Lib. 5.

gibus celebrari ceptas statuunt *Plut. in Quest. Romæ*
Saturno consecratas fuisse scribit *Rosin. l. 2. c. 17. Vel.*
Paterel. l. 1. c. 8. Iphiti Elio una cum Certaminis Olim-
pici institutione, apud Græcos Nundinarum primum
ordinatarum Gloriam adjudicat *Tholos. 25. 3. 3.*

*Origo Nundi-
narum Sciens
nium,*

§. 2. Sic de Origine: Commercia Necessitas
introduxit *l. 5. de. l. & 7.* ob causam quam habet *Jso-*
crates in Panegy. Arist. l. 1. Pol. 6. quæ hæc; quod non o-
mnis fert omnia tellus. Ceterum jure commerciorum
invectō, cum tempore & loco ea possent commodi-
us exerceri, verosimile est Gentes conventus publicos
instituisse, unde Hebdomadarias istas Nundinas Juri
Gentium videntur adscribi posse, quod fecit. *Hinc.*
Stephani, & Anh. Thessaur. Decis. Pedemond. 264. n. 4
Post ab his privatis tenerisque initiis & quasi nata-
libus tractu temporis cum illarum utilitas intelli-
getur, crescente Rep. ad Majores est processum cum
privilegio instituendas per multos Dies. *l. 138. de P. O*
cum primæ illæ tantum unum diem durarent, pri-
vilegioque Solennium Nundinarum ab Imperatoribus
successu temporis donatæ sunt, hæc, q. v. ar. u. in *Cap. 1.*
§. 7. mentionem fecimus, Germaniæ Civitates.

*Causa Effici-
ens Nundi-
narum*

§. 3. Olim Rep. integrâ, Consules impariebant
tur jus Nundinarum, ita ut ab istis hoc in privata sua
prædia petiisse *Claudium Suetonius* tradat in *eo c. 12. &*
Plin. l. 5. Ep. 4. Vir (inquit) Prætorius à Senatu petiit,
ut sibi instituere in agris suis Nundinas permitteretur
Ubi obiter notandum: Interdum & privatos hoc jus
impetrasse, unde *Cic. Philip. 2.* conqueritur domesticis
Antonii Nundinis non vectigalia solum, sed etiam im-
perium P. R. diminutum esse. *Sch. Id. in Not. ad Suet. d. 6.*

*In specie So-
lennium*

§. 4. Hodiè jus Mercatum Solennium Publi-
corum residet penes Principem seu Imperatorem Romanum

manum, nempe in Imperio Romano Germanico. In
 Galliis verò & Hispaniâ &c. Tholos. l. 25. c. 3. 1. 4. illo-
 rum regnorum Monarchæ id jus usurpant. Sed, quid
 de Rege Romanorum dicendum? De illo, qui electus mor-
 tuo vel alias remotò Cæsare; et si nondum sit coronatus,
 Vix dubitari potest arg. c. 2. A. B. S. & quia Conf. Ex. Con-
 f. de Imper. Rom. Germ. c. 13. § 14. Sed quid statuendum
 in illius personâ, qui (ut fieri invaluit) vivo Imperatore est
 designatus Sceptorum Successor? Concessionem Nundi-
 narum huic etiam attribuunt, inprimis si absit Impera-
 tor, aut alias conferre tale jus præpediatur, *Limn. de J. P. l. 2. c. 15. n. 22. Schwed. P. 2. S. 1. c. 17. §. 13. Glock. ex eo th. 30. Negat verò Frisch. d. Tr. de Nundin. c. 4. & Dn. Aurbach. in Diss. de Nundin. c. 4. Stamler. De Reservat. Imperat. §. ult. n. 3. Schultz. in Colleg. Jur. Publ. Vol. 1. Diss. 5. th. 3. Lit. B. Reyger. in Thesaur. Voc. Nundin. ex hac ratione, quia potestas concedendi Nundinas, ad Reservata Imperatoris pertinet, non Regis Romanorum. Vicariis Imperii Augustissimis eandem potestatem tribuit *Rumelin. ad A. B. Diss. 4. th. 21. seq. Limn. in J. P. l. 8. c. 2. 188. & Schweder. de J. P. Part. Spec. S. 1. c. 17. n. 13. Dubitat verò de hac sententia Lincker supr. all. loc. c. 17. §. 13. quod concessio hæc ad vim Imperii non pertineat, moram quoque patiatur, nec præjudicium ejus, vel ullum exemplum possit demonstrari. Sed Queritur: An Princeps jus Nundinarum impartiri possit Civitati, vicinis civitatibus contradicentibus, ceu sibi dispendiosum? Adfirmant id simpliciter & indistinctè *Limn. Tom. 2. l. 4. c. 8. n. 302. & post eum Schutz D. Jur. Publ. D. 6. th. 21. L. G. Verum enim verò æquitatis ratio postulare videtur, ut hæc ob suum interesse prius audiantur. Brunnem. ad Parat. Wesenb. Tit. De Nundin. quæst. 1. Struv. eod. Stephan. De Juris-***

B

dict.

An Rex Romanorum mortuo Imperatore electus, ante coronationem privilegium Nundinarum impertiri possit?
 Quid, si vivo Imperatore sit electus?

Quid de Vicariis Imperii statuendum.

Num ad concessionem prævis legis Nundinalis vicinarum civitatum desideretur convocatio.

dict. 2. P. 1. c. 10 m. n. 1. Gail. 2. Obs. 69. n. 15. Myller. in ad.
dit. ad Rumeltn. P. 3. D. 3. tb. 18. Reyger. Tbes. Voc. Nund.
Schwed. d. l. §. 13. in ibiq. in analect. Lincker. cum Privilegia
Principum in aliorum injuriam tendere non debeant.

Objectum,
sunt Merces

§. 5. Objectum Nundinarum sunt Merces &
Personæ. Merces variæ, interdum etiam vilissimæ;
Debent autem esse boni Commatis, non falsæ, aut adul-
terinæ, sed tales, quales vendi debent, es soll rechtkauff-
mans Gut und Bahren seyn. Alioquin non tantum
non gaudent privilegio, sed & publicari debent. Vid.
R. A. de Anno 1500. Rubr. Die Tücher soll man ge-
neht und geschoren verkauffen.

Et Personæ

§. 6. Quantum ad Personas; attinet, Plato libr.
3. de Rep. Dial. 2. duo genera personarum in mercati-
bus & Nundinis constituit, unum rusticorum & ha-
bitantium, aliud eorum, qui iis ministrant, qui eve-
hant & invehunt singula. all. Tholos l. 25. c. 3. N. 2. Hodiè
etsi omnis generis homines confluant ad Nundinas,
tamen in iis quasi familiam ducunt & considerandi
veniunt Mercatores, qui sunt emturiæ, emaces
& vendentes, licet plurimi nihil agant, nisi, ut oculos
circumrotent.

Quid senti-
endum, de
Mercatoribus

§. 7. Non inepte hic intexitur Qvæstio: Quid
de Mercatorum Sectâ vel olim sit Judicatum vel cen-
seri debeat hodiè? Satis contemptibiles fuisse habitos
Mercuriales viros invenio apud varias Gentes. In
Annalibus Thebanorum Lex erat, ut nemo idoneus
esset ad honores Reip. suscipendos, nisi per decem an-
nos à Mercaturâ abstinuisset. Arist. 3. Pol. 3. Apud Ro-
manos L. Clodiâ vel scribæ qvæstorum, nedum hi ipsi,
aut cives alicujus Censûs prohibebantur, exercere Ne-
gociationes Svet. in Dom. Sed, ne juris nostri oblivisci
vide.

videar. l. 3. C. de Commercio, prohibentur Nobiliores & honorum luce conspicui mercimonium exercere, imo excluduntur à Dignitatum portis l. 6. C. de Dignit. vid. plura apud Tiraquell. Tr. de Nobil. c. 33. Et invecitira in eos apud eund. de pœv. temper Caus. 51. N. 142. Ratio; Forte, quod multi existimant, Negociatorum Genus esse sordidissimum, cum sæpè sordidissimas res tractent, idque sordidissimis rationibus; cum passim mentiantur, pejerent, furentur, imponant, unde satis scabiose de illis Apollonius Tyaneus apud Philostratum l. 4. Lucius Penna in l. nec ipsi C. de incolis & multis aliis locis. Verum enim verò ausim ego dicere, non prorsus abjiciendam spernendamque esse Mercaturam. Ita statuo cum Cicerone l. 1. de officiis. Si Cupiditas nimia absit à Mercatoribus, eos esse utilissimos Reipublicæ. Plato Gravissimus Omnium Philolophorum, idemque princeps, in bene fundata Rep. omnino putat esse necessarios Mercatores, cujus verba exscribere dignatus est Calistratus l. 2. ff. de Nund. Unde & legimus, Ipsos Reges descendisse ad recipianda Mercimonia; Vespasianus jam Imperator propalam Negotiationes exercebat. Svet. in vit. eius. itemque Pertinax Capitol. in vit. videe jus plur. ap. Tiraquell. all. loc. de Nobil. 17. Ne supra quasi in opprobrium Mercatorum allatæ ex jure nostro Leges quicquam derogant honesto illi Ordini, si rectè inspiciantur & subolet ex verbis: si quis ex ultimis Negotiatoribus & c. Si perniciosum Urbibus mercimonium exercent & c. Nobiliores enim arcentur à Mercaturâ, non quod per se sit illicita & inhonesta, (est enim contractus juris Gentium) sed quia plebeio difficile commercium cum Nobili. vid. Gotofr. Not. ad l. 3. C. de commerc. l. E. vel etiam mercatura intelligatur, non quævis, sed sordida. vid. Brunnem. ad L. 6. C. de Dignit. n. 56. ibiq. allegat. F. Rectius de his judicat. Calistratus in l.

12. ff. de Decurion. cujus hæc verba: Eos qui utensilia negociantur & vendunt, non oportet quasi viles personas negligi, denique non sunt prohibiti petere Decurionatum vel aliquem honorem in patriâ. *Vid. omnino Marquard. De jur. Mercat. L. 1. c. 2. per tot. Hippoll. à Coll. De Increment. Urb. c. 14. Lazig. de Vienna L. 2. c. 3. Le conscit. d. Estat. p. 1. cap. 14 p. 212.*

Forma Nundinarum.

§. 8. AdFORMAM refero Mercatum certo loco & tempore circumscriptum. Locus, omnino debet esse CERTUS, quâ de re exstat apud Goldast. in collectione. Const. & L. L. Imperialium Const. Caroli M. Imperatoris in L. Longobardicis l. 3. Tit. ubi Mercatum habendum sit. C. 18. Causa Politica id svadet, ita enim fraudibus multis circa Venalia occludetur fenestra, ita vetita in Commertium deducere segregabuntur, ita vagis Mercatoribus & per Regionem palari quasi nitentibus obviari potest. *Glock. ib. 71. Hunc locum Magistratus debet usque quaq; præstare TUTUM arg. l. 3. ff. de Officio Pras. Unde in multis locis, ab illis, qui jus conducendi die geleitliche Obrigkeit auff freyer Käyserl. Heer und Reichs Strassen/habent, præcipuè Nundinarum tempore, aluntur stipendiarii, vulgò Huss Reuter ad hoc deputati, ut viarum curam gerant. Webner in vot. geleit in Obs. Pract. Schacher. in Colleg. Pract. ff. ad Tit. De Nund. Schweder. d. 1.*

Nundina in templis celebrari non debent.

§. 9. Non debent celebrari Nundinae in templis, ut aliquoties sanxit post verbum divinum *Matthai 21. Pontifex in primis c. 2. de Immunit. Eccl. his verbis: Cessent in Ecclesiis earumque Cœmiteriis negociantes, ac præcipuè Nundinarum ac fori cujuscunque tumultus. Non adeò insulsam rationem subministrat can. qualitas 2. de Pœnit. dist. 2. quod talia mercimonia fiant difficulter sine peccato.*

§. 10.

§. 10. Verum illa Religio videtur in quibusdam locis, imprimis ubi ruricolæ sint, desuetudine esse iuumbata: Nam & hic in Megapoli in pagis vel solo die Sabbathi Mercatus, etsi non magni momenti & rerum vilissimarum, institui nimis, quam cognitum est. Quid? quod initia ferè Majorum Celebriorumque Germaniæ Nundinarum incidant in solennia Festa, Nativitatis Christi, Palchatos, Pentecostes, &c. Francofurtensium est Auspiciu in ipsa hebdomade Martyrio DN. celebri in der Char oder stillen Woche: quod laudanda pietate corrigere nisus est Wenceslaus Imp. Anno 1593. & post Status imperii, in Conventu suo habito 1512. §. auch ist für Notthürfft / sed irrito conatu, uti docet experientia.

§. 11. Ad formam quoque refero *Concessionis tenorem*, quando in Diplomate alicui publicorum solenniumque Mercatum beneficium conceditur,

CAPUT. III. EXHIBENS NUNDINARUM FINEM, EFFECTUM, AC CONTRARIA.

§. I.

Precipuus privilegiatarum Nundinarum FINIS est utilitas societatis humanæ, cui facilius consulitur data securitate & sub tutela publicâ extraneis mercatoribus receptis, qui alioquin sibi metuentes, sua communicare aliis non absque ratione reformidant *Christin. V. l. 3. Dec. Belgic. Tit. de Nundin. Dec. 29. n. 16. Marquard, de Jur. Mercat. L. 1. c. 13. n. 15.* quæ enim ad vitam communem necessaria sunt, liberius & majore cum copia inportantur, non impedita tamentium, quam vendentium libertate, sine qua rari

Finis Nundinarum.

B 3

us

us frequentarentur solennia ista commercia, *Mev. de Arrest. c. 11. n. 8.* quibus tamen florentibus civitates privilegio Nundinarum harum superbientes impinguntur, docente *Glossa ad L. 1. C. de Nundin. Conf. Christ. Marquard. & Mev. d. 1. 1.* Accedit hæc insignis utilitas, quod per eas Barbarorum Necessitudines Regumque comparamus Amicitias moresque ritusque gentium addiscimus, hisq; si meliores sint, nostros, ut emendentur, comunicamus. *Tbolsan. L. 25. c. 3. n. 10.*

Effectus Nundinarum.

Nundinarum Primum Privilegium, quoad personas

Alterum quo ad Res.

§. 2. Maximam partem in Privilegiis consistit Effectus Nundinarum, quorum non minimū Privilegium est, Mercatores securos reddens, quod sub privati debiti prætextu molestia nulla iis possit aut debeat inferri, ut loq. *l. un. C. de Nund.* Sequi non debeant arrestari, sed sine metu & periculo detentionis queant ibidem ad finem usque subsistere, bis *der Markt ausgeleitet.* ut alicubi moris. *Berlich. Concl. 77. N. 14. Carpz. n. C. 30. def. 28.* ratio hæc poterit esse, quod hoc Privilegium sit quasi quædam salvi Conductus species, quo armati Negotiatores reciprocaturi tutò venire & iterum discedere possint. *Berlich. p. 1. Concl. 77. n. 6.* imo consequenter publicæ utilitatis causa hoc constitutum est, ne commercia turbentur & impediuntur, quò circa moris est, sub initio & fine nundinarum per campam publicam incipientis & desinentis securitatis signum dare, adque illam mercatores publicâ quasi voce invitare. *Mev. d. 1. Confer. Sixt. Regal. L. 2. c. 2. 38.*

§. 3. Dictum securitatis privilegium, non minus ad res, quam personas Mercantium pertinet, cum nec illæ debitis contractis arrestò detineri possint. *d. L. un. C. de Nund. Marant. in spec. Au. P. 4. Dist. 9. n. 2. Choppin. De Doman.*

*Domani. L. 1. T. II. n. 24. Marquard. d. n. 43. ibique pra De Pama ar
judicium Camerale. Berlich. P. 1. Concl. 77. Carpzov. P. 1. C. resaniam.
30. D. 24. § Ddrespassim ad Tit. ff. C. De Nund. Quod, si quis
non attento hoc privilegio, Mercatorem, debitorem su-
um arrestari in Nundinis curaverit, non tantum
injuriarum tenetur, arg. l. 31. ff. de reb. Aub. iud. poss. L. 450
§ 31. ff. De injur. Guid. Papa. Dec. 324. Peck. de jur. Syst. c. 18. n. 3.
Marquard. De jur. Mercat. L. 1. c. 13. n. 45. sed etiam ad omne
damnum & interesse. Mynsinger. Obs. 69. Coler. de Pro-
cess. Exc. p. 2. c. 3. n. 39.*

§. 3. De eo inter Doctores non satis convenit:
An Nundinarum privilegium etiam ad illa, quæ ituri-
entes, vel reversi transeunt, pertineat loca, ut ne inibi
quidem Mercantes, aut res ipsorum à Creditoribus
suis arresto constringi possint? **DISTINGUIT** hic *Dn.*
Ryffel. in Diss. De Nundin. inter loca ad territorium Prin-
cipis, qui Nundinarum est Patronus, pertinentia, &
ejus jurisdictioni non obnoxia: Et ad illa pertinere
Nundinarum privilegium statuit, non ad hæc. **NE-**
GANT verò simpliciter *Mevius De Arrest. c. 11. n. 18.*
Berlich. Pr. Concl. Pr. 77. n. 18. Moller. Semestr. L. 1. c. 12. n. 6.
struv. S. J. C. Ex. 50. th. 82. Carpzov. P. 1. C. 30. D. 28. ibique
prajudic. ex sequentibus rationibus (1.) quia privilegium
Nundinale non est personale, sed temporale & locale
privilegium, illistantum in locis, & illis temporibus
concessum, quando, & ubi Nundinæ celebrantur. *L. Un.*
in fin. C. de Nundin. Localia autem privilegia extra lo-
cum privilegiatum ad alia loca non nisi invito jure ex-
tenduntur. (2.) quia ante coeptas Nundinas advenien-
tes una cum rebus suis in ipso etiam Nundinarum loco
arrestari possunt: Ergo multò minus extra locum
Nundinarum inaditu & reditu arrestum, declinare
vale-

*An in itinere
vel reditu à
Nundinis, res
mercantium
arrestari pos-
sint?*

*Sententia Di-
stinguentium*

Negantium

*Illorumq; ra-
tiones*

Sententia Affirmantium.

Cui & nostra subjicitur.

Rationes.

An hoc Privilegium etiam ad debita in Nundinis contracta pertineat?

Sententia Negantium.

valebunt. *Carpzov. d. l.* Contra AFFIRMANT simpliciter propositam quæstionem *Peckius. de Jure sist. c. 10. n. 4. ibique alleg. Ddres. Marquard. De jure Merc. L. 1. e. 13. n. 48. Chr. sin. Dec. 99. n. 7. Coccejus. in Compend. Jur. publ. c. 23. §. 10. Eckholt. ad Tit. de Nund. §. 6. Franzk. Resol. Pract. 9. Lib. 2. n. 60.* Quarum sententia nobiscum *Brun-*

nem anno ad L. Un. C. de Nund. videtur *aguzor.* Partim quod ceteroquin creditores contra publicam, cui Nundinæ inserviunt, *L. 2. ff. De Nundin.* utilitatem, per impetrata arresta, quibus in itinere ad Nundinas, detinuerunt mercatores, efficere possent, ne civitates privilegio Nundinarum munitæ, eò in effectu fruerentur, metu decernendi in itinere, vel reditu, arresti deterritis mercatoribus, quò minus necessarias istiusmodi civitatibus res & merces adveherent suas: Partim etiam, quod prohibita in termino, etiam prohibita censeantur in via, per quam devenitur ad terminum, *Conferatur Baldus & Siebardus ad L. Un. c. De Nundin. jung. Peck. & christineus d. ll.*

§. 4 Non minor concertatio est inter JCros: An privilegium Nundinarum de non arreslando tantum pertineat ad debita ante Nundinas contracta, an vero mercatores, illorumque bona ne ob debita quidem in ipsis Nundinis contracta arrestari possint? PRIUS AFFIR-

MANT. *Sichard. ad L. Un. c. D. Nund. n. 2. ibiq. Brunnem. n. 3. & Perez. n. 2. jung. Barbosa ad L. 19. §. 3. ff. De Judic. Guttierrez. De Gabell. q. 7. Coccej. in Comp. jur. publ. c. 23. §. 3. Peck. De jur. sist. c. 4. n. 6. Berlich. Pract. Concl. 77. P. 1. n. 8. Mev. de Arrest. dic. 11. n. 15. Zæf. ad Tit. ff. De Nundin. n. 3. Carpz. P. 1. C. 30. D. 26. n. 4. Myller. De Princip. Imper. c. 58. n. 4. Klock. de Contrib. c. 3. n. 79. Schweder. in Inst. Jur. publ. Part. Spec. Sect. 1. §. 14. ubi hanc communem esse testatur Ddrum Opinione-*

nem

nem: inquam inclinare etiam videtur Vitriarius in Inst. jur. publ. L. 3. Tit. 2. §. 40. *Et nobis me Stryck. in Notat eund Marquard. de 7. Merc. d. l. n. 50. ibique plenam ann. allegati Ddres ex hitce rationibus (1.) Quod omnis contrahens in loco contractus possit conveniri per L. 19. §. 2. ff. De judic. (2.) Quod Legati maxime ceteroquin privilegiati, nihilominus tamen in loco contractus possint conveniri L. 2. §. 4. ff. De judic junctâ L. 25. ff. eod. (3.) Quod venditio & receptio rerum in Nundinis venditarum eo animo & conditione facta videatur, ut acceptis mercibus pecunia statim solvatur. gegenbahre Bezahlung. (4.) Quod ceteroquin aperi- retur defraudatoribus tenestra sine pretio merces alie- nas secum sub pretextu illius privilegii domum afe- rendi, contra L. 25. ff. De judic. NEGANT vero PRIUS & AFFIRMANT POSTERIUS *Struv. ad Tit. ff. de Nundin. Dan. Möller. ad const Sax. 30. P. 1. n. 8. Eckholt. inibiq. Schwendend. in Not. eod. Tit. Bachov. ad Treutl. V. 1. Diss. 4. th. Lit. D. Habn. ad Wes. d. i. n. 2. Frisch. in Tr. De Nund. Reg. jur. c. 7 n. 8. Rationes Af- Lauterbach. in comp. ff. d. t. aliq. ab his allegati (1.) obge- fermanium neralitatem L. Un. c. de Nundin. inibique subjectam ratio- nem: Ne scilicet occasio turbandi commercia inde nas- scatur. Bachov. d. l. (2.) quia creditor suæ culpæ impu- tare debet, quod privilegii nundinarum probe gnarus non cautius mercatus sit, vel merces tradiderit ante acceptam pecuniam, vel fidejussorem sibi dari non cu- raverit, aut emptorem huic privilegio in tpecie renun- ciare. *Vid. Dn. Aurbach. in Diss. de Nundin. c. 6. n. 50. Nos, Subjicitur nos- Praxin non ubique eand. in deprehendamus, re- fra. ceptâ in Saxonia posteriori sententiâ, Möller supr. all- loc. Et Berlich. d. const. 77. n. 8. P. 1. in puncto juris priorem esse veriore arbitramur, responsiones ad rationes con- trarias publico B. C. D. conflictui reservaturi.***

C

§. 4.

Quibus mo-
di amittatur
Privilegium
Nundina-
rum.

§. 4. AMITTITUR privilegium Nundina-
rum (1) EXPRESSA ET SPECIALI DEBITORIS
RENUNCIATIONE, arg. L. fin. c. De Pact. non ob-
stante L. 38. ff. De Pact. Vid. Mev. de Arrest. c. 11. n. 20. Peck.
De Jure Sist. c. 12 n. 1. Möller. Semestr. L. 1. c. 12. n. 2. Et ad Const.
Sax. 30. P. 1 n. 7. ubi prejudicium. Eckb. ad ff. Tit. De Nund. §. 6.
Struv. th. 82. eod. Carpzov. P. 1. C. 30. D. 27. Berlich. Pr. concl.
P. 1. 77. n. 12. ibique all. Et Marquard. De Jur. Mercat. L. 1. c. 13.
n. 15. ibique all. Parlador. Et Dn. Fritsch. d. Tr. c. 7 n. 63. seq.
(2) NON USU VOLUNTARIO apud Saxones XXXI.
Wesensee. in Parat. ff. de Nundin. Struv. th. ult. eod. extra
illam vero X. annis. L. 1. ff. b. t. Siebard. ad c. b. t. n. fin. Christin
d. l. n. 14. Graven. ad Gail. Pr. concl. 60. Consil. Et Gail. 1. obs. 60.
hoc ubi usu servari movent. (3.) EXPRESSA CONCE-
DENTIS REVOCATIONE, sc. vel ob ABUSUM
civitatis privilegiatae, arg. c. 24. pr. X. De Privil. vel ob
GRAVE DELICTUM læsæ Majestatis, cujus exem-
plum supra retuli cap. 1. Vid. Eckb. S. ult. b. t. Vid. hic om-
nino Marquard De jur. Mercat. L. 1. c. 5. in fin. Vel ob a-
liam JUSTAM ET URGENTISSIMAM CAUS-
SAM. vid. Struv. in S. J. C. Ex. 50. th. 38. Cravetta. Consil.
592 n. 103. Christin. d. l. in fin. Thesaur. Dec. 264. n. 3.
Alciat. Consil. 208.

Quibus Casi-
bus cessat Nun-
dinarum pri-
vilegium.

§. Pen. CESSAT Privilegium Nundinarum (1.)
Ex quo tempore finitarum Nundinarum signum per
campanam publicè datum est. wann die Messe auß-
geleutet worden Mattb. coler. de Proc. Execut. P. 2. c. 3. n. 156.
Fritsch. d. Tr. c. 7. n. 68. Carpzov. P. 1. C. 30. Def. 28. Bocerus
de Regalibus c. 2. n. 239. Marquard de jur. Mercat. l. c. 13. n. 52.
ibique alleg. Ex quo pronò amne fluit: Sequenti se-
ptimanâ solutioni debitorum destinata, vulgò in der
Zabl-Boche / arrestum petenti ex justa causa, neu-
tiqvam denegandum esse, Vid. Schweder. ad Inst. Jur. publ.
Part.

Part. spec. Sect. i. c. 17. n. 15. Carpz. d. l. Definit. 28. & ita Usum
 ac Consuetudinem observare docet Berlich. Pr. Concl. 77.
 p. i. n. 14. eum Zobel. P. i. Diff. 44. n. 5. seq. Dan. Moller, ad
 const. Sax. 30. P. i. n. 10. Greven ad Gail. Lib. 2. concl. 44.
 confid. i. n. 25. (2.) In debito publico. L. Un. c. de Nundin.
 Zas. ad Tit. ff. de Nund. n. 3. Schwed. d. l. §. 14. Eckholt. §. 6. ff. d.
 l. Brunnem. ad Wesf. eod. q. 2. Unde inferunt, quod (3.)
 cesset in delinquentibus v. g. Bannitis, Relegatis, Ho-
 micidis, Furibus, Sacculariis, Bursicopis **Spitzbuben**
Deutelschneidern & similis furfuris hominibus, quos
 in ipsis etiam Nundinis carceri mancipari quotidia-
 na edocet experientia: Privilegio enim indigni sunt malefi-
 ci. Marquard. d. l. n. 56. Carpz. P. i. 30. Def. fin. Eckh. Tit. De Nund
 ll. 9. in fin. Möller. P. i. c. 30. n. 13. Rutger Ruland. De commiss. P. 4.
 Lib. 4. c. 6. & Berlich. Pr. Concl. 77. P. i. n. 13. ubique allegati. Huc
 pertinet exemplum quorundam Lubecensium, & ni-
 fallor, etiam Hamburgensium Mercatorum, qui pau-
 cos ante annos Lipsiæ tempore nundinali arresto deti-
 nebantur, ob reprobam Monetam investam. Cessa-
 re. (4.) etiam volunt Nundinarum privilegium in fu-
 gitivis, eò, quod contra debitorem fugitivum cessent
 privilegia. arg. L. 10. §. 16. ff. Quæ in fraud. credit. Nicol.
 Boër. Dec. 215. n. 5. Greven. ad Gail. 2. Ob. 44. Consider. i. n. 25.
 quodque periculum, quod in mora est, juris execu-
 tionem contra illos differre non permittat, qui beneficio
 Nundinarum, in quibus bona fides omnia regere de-
 bet, furtivâ fugâ se indignos reddiderunt. Mev. de Arrest.
 c. n. n. 19. Berlich. Pr. concl. 77. P. i. n. 10. inibiq; allegati Dres.
 Certam tamen & uniformem hîc ubiq; locorum Praxin.
 non deprehendi, non duntaxat testatur Exc. Stryk. in
 not. ad Vitriarj Jus. Publ. Lib. 3. c. 2. §. 41. sed ex illis etiam
 liquet, quæ habet Möller. ab. const. Sax. 30. P. i. n. 6. & Carpzob
 P. i. c. 30. Deg. 25.

§. Fin

*Res Furtiva
bona fidei
de in Nandi-
nis Solenni-
bus emptæ,
Domino absq;
refusione, pre-
ty sunt re-
suscenaa,*

S. Fin. Ultimo loco obſigno hanc Differta-
tionem trita illâ juris quæſtione: An rem furtivam
in Solennioribus Nandinis bonâ fide emptam, Domino
vero emptor, non recepto pretio, reſtituere teneatur?
NEGATIVAM ſuadere videntur *L. 6. ff. De Captiv. & poſt.
rev. ibique Gottofred. & quod communis & publica opi-
nio multa ſuſtineat, Cetero quin non valitura. arg. L.
Barbarius philippus 3. ff. De Off. Prat. L. 3. pr. ff. De Scet.
Maced. At vero AFFIRMATIVA juris analogiæ
convenientior eſt per *L. Incivilem. 2. c. De furt. L. 23. c. De
Rei Vind. L. 16. c. De Evict. art. 213. CCC. & 214. Cum bona
fides emptoris vero Domino citra factum ſuum rem au-
ferre nequeat ſuam L. 11. & 74. ff. de R. J. in ſuperq; Nun-
dinæ Solennes res furtivas in illis emptas nullibi ſub-
trahant diſpoſitioni *Legis Incivilem 2. C. De Furt.* neque
efficiant, ut in illis ceſſet provida emptoris exploratio,
quam tantoperè commendat *L. 19. ff. de R. J. cujus omiſſio
emptori, non verò Domino nocitura eſt, quem re-
fufione dati pretii propriam redimere ab incauto em-
tore rem ſuam teneri, admodum durum videretur.
Conf. Franzk. in Reſol. Pr. 9. Lib. 2. n. 66. Menoch. De Preſ-
pen. tert. repert. n. 2. Farinac. qu. 177.
De Furt. p. 2. n. 31.***

TANTUM.





Te demonstras Majorum lan-
 gvine cretum,
 Quorum hodie volitat fama
 per ora virum,
 Juris Consultos, Medicosq; Sophosq; celebres,
 LAUREMBERGERS, nomina quanta Tibi!
 (Sæpius hi nostram quondam pressere cathe-
 dram,
 Hi fuerant Rosæ lumina magna Scholæ.)
 Si fueris gressu, LAUREMBERGERE, secutus
 Intrepido, patriæ id gloria grandis erit.

*Nobiliss. Clariss. & DN. CANDIDATO meliore
 animo quam versu gratulatur*

JO. FECHT. D. P. P.
 Conf. Duc. Adf. & Distr.
 Rost. Superint.

Sub Themidos signis quod si quis militat
acris
Pro merito hunc dignis ornat Apollo
modis;

Tu Decus eximium legum Consulta vetusta
Voluisti crebra nocte dieq; manu,
Hinc carpis fructus, gratum Virtutis hono-
rew.

Gratulor ergo Tibi Commoda plura fe-
ras.

*Hisce prolixissimo affectu cum voto omnigenae
prosperitatis Prae-Nobili ac Do-
ctissimo Domino Candidato ap-
plaudit,*

PRÆSES:

Lauembergiade, magnorum nate
parentum,
Qualibus heic olim floruit Alma viris,
Nunc

Nunc aliis elata Diis; proh, nobile mundo
Mobile! sic spatiis ire, redire, pares!
PETRUS, is Histor, avus famâ mihi cognitus unâ,
Et facie JACOBUS notus, & arte, pater,
Ille Ducum, qvis nescit, amor Megalepolis oræ,
Tam lepidum quondam nomen, & i ple
Ille boni rectiq; canon & nuntius albus, (lepor,
Qvo, memini, multum discere jura duce,
Dl facerent, superesset adhuc, jã major in orbo,
In JACOBO genito nempe, futurus herus!
Qvidquid id est, fili, tu Laurembergia
retro
Lilia, tu patrium, candide, reddis ebur,
Inde domus patriæqve, reor, patriæq; Lycæi
Omen & exemplar, si superabis, eris,
Hoc precor, & reliquis, precor, Excellentibus
Vivere, florere, crescere, rore Rosæ, (Urbis
Ut, cùm deficient aliqvando rosaria nostra,
Pro roseis quisqve laurea sarta gerat,
Illic, ubi laureta locis, lætissima circum
Fronibus, & lectum laurigerumqve
genus,


Laurembergiaciqve lenes laurentib9
astant


Crinibus, & lautis, secula, rebus, agunt;
Hôc, Laurembergi, felix cū matre trium-
Cui fatis bene sit, cui Jove sera salus, (pha,
Dum te Doctorem, dum scilicet illa maritum
Viderit, imò, patrem, viderit, esse. Vale,


gratul. f.

Georg Amsel/
J. U. Doctorand.











IN SOCIET. GENT. & SOCIET. ARB
ministratio concessa, quamvis dissent, Merckelbac
1. conf. 13. n. 61. & inibi all.

§. 9.

Annumerari quoque potest in Germaniâ
riis publicis VII. Societas Clientelaris, quæ inter P
intercedit, & in Imperio admodum frequens est
Dn. Becman, in pol. par. c. 11. §. 4. Sicut autem hîc P
omnia illa jura concedenda sunt, sine quibus o
auxilio adjuvare non potest, quò etiam jus mi
quando jus apertura pertinet; Dn. Stryk. de ju
c. 1. n. 125. sqq. Dn. Fritsch. in Tr. de iure
seqq. Ita impunis est Clientum erga Protec
si vel etiam quò ad hæc jura pacto sibi prospexerint,
sales inter Protectorem & Clientes usitata, vid. i
vers. c. 7. vel justam non parendi causam habeant,
in se imperium quærere metuant, aut illius mil
oso veniant, ubi jus apertura licite denegabunt. v
jut c. 2. §. 18. Multo magis autem impunè inobe
tector sub protectionis pretextu Superioritatem fi
res tribuere, & e. g. actus jurisdictionis exercere,
10. Qu. 2. vel Clientes, (ubi tamen casum summ
Dn. Wildvog. in Diss. De protect. cens. c. fin. n. 10.) c
vol. 1. conf. 12. n. 31. Dn. Lyncker. Decatastris c. 3. §.
& adhærentes non fiant subditi, Klock. conf. 37. n.
dus Protectorium jus superioritatis inferat,
Reichs vogten p. 417. & 489. & ibi. all. Mag. de
& c. 3. n. 401. Böcler. in not. S. R. J. L. 16. c. 3. §. 3. & C
quidem plenariis subditis æquiparentur, in oneri
minationem non teneantur, Dn. Stryk. all. l. n. 134.
tibus in vito Protectore Jus Protectionis excutere lic
dum videtur, si pro Protectione certus census
cum jus Protectori semel ex contractu quæsitur
nequeat: Se. us. vero, si gratuita sit protectio, ub
renunciare utiqve poterunt, cum Protectoris ho
vid. omn. Mantz. Dec. Pal. Qu. 18. n. 5. & 34.

the scale towards document

957.
177
6. Vol.
bitra-
lientes
apud
tentes
eri &
& ali-
terr.
n. 17.
entia,
Rever-
r. Re
torem
ntagi-
as. ad-
i Pro-
Clie-
teseb.
xcipit
Klock.
derati
c. tæ-
on deñ
n. 439.
modis
deser-
Clie-
neg an-
etur,
uferri
avori
erlit,
S. 10.